

*cum aurifrisio, tertiam cum gemmis; libros episcopales quatuor palliis coopertos cum firmatoriis argenteis, videlicet: librum Sacramentorum cum aureis litteris, textum Evangeliorum cum epistolare, Ordinem episcopalem; calicem aureum quadragenta duorum unciarum; turibulum argenteum deauratum; concas argenteas sex marcarum et tres marcas argenti ad faciendum turibulum S.-Stephani; aceram argenteam cum cocleari; vasa vinaria et aquaria argentea; tria candelabra, duo argentea; fialam unam argenteam auro superfusam miro opere factam; pectines tres eburneos; scutellam argenteam miro opere fabrefactam; crucem laminis aureis coopertam cum asta superducta; urceum mirabilem de cristallo; tascellorum paria viginti quatuor; duo aurifrisia optima ad ornandas dalmaticas vel albas; item alia duo optima ad ornandas cappas; cuppam auream unam; cortinas duas ad velandas cruces in Quadragesima; item alias duas ad ornandum chorum in festivis diebus; sericum coopertorium altaris cum aurifrisio; tapetum unum optimum, duo paria serinorium; sedile ferreum deargentatum.*

*Dedit de libris: Historiam integram et aliam in quatuor libris; Augustinum de verbis Domini super Johannem; De octo questionibus: De cura pro mortuis; de adulterannis conjugiiis; de continencia; de baptismo contra Donatistas; de anima et ratione; de fide et operibus; de pastoribus, de ovibus; de bono conjugali, de bono viduato; librum Sancti Ambrosii: De Virginibus; librum Beati Gregorii Nazianzeni; librum Beati Ambrosii De officiis; librum De Patriarchis; Cypriani librum Ultimam partem moralium Gregorii; librum Didimi De Spiritu Sancto; epistolam Theopoli Alexandrini; epistolam Sancti Jeronimi; epistolam Sancti Augustini ad Dardanum De presencia Dei; epistolam Corneli pape ad Sanctum Cyprianum; Sermonem Sancti Augustini adversus Judæos; epistolam Sancti Augustini ad Tonseneium De vera corporis resurrectione; epistolam Sancti Augustini ad Volusianum; epistolam Volusiani ad S. Augustinum; epistolam Volusiani ad S. Augustinum; epistolam S. Augustini ad Volusianum; epistolam Hilarii ad Augustinum; epistolam Augustini ad Hilarium;*